

EPISTOLA SYNOXI MILIEVIT ANAE IN QVA
D. Augustinus interfuit ad Innocentium primum Papam.



Omino beatissimo merito que Venerabili & in Christo Venerando Pape Innocentio, Siluanus senex, Valentinus, Aurelius, Donatus, Restitutus, Lucianus, Alpinus, Augustinus, Placentius, Severus, Fortunatus, Poffidius, Nouatus, Secundus, Maventius, Leo, Faustinianus, Cresconius, Iancenius, Felix, Antonius, Gigantius, Cresconius, Adeodatus, Proclus, Secundus, Felix, Aiacius, Ruffinus, Faustinus, Victor, Antonius, Malchus, Lictorius, Fortunatus, Donatus, Pontianus, Saturninus, Cresconius, Poffidius, Lucius, Honorius, Seruus, Terentius, Cresconius, Sperantius, Quadratus, Lucillus, Sabinus, item Sabinus, Cresconius, Victor, Honoratus, Donatus, Petrus, Poffidius, Cresconius, Lampadinius, Delphinius, ex Concilio Milevitano in Domino salutem. Quia te Dominus gratie sue precipuo numero in sede apostolica collocauit, talemque nostris temporibus prestatit, ut nobis potius ad culpam negligenter ualeat, si apud eum uenerationem, que pro ecclesia sunt fugienda, tacuerimus, quam ea tu possis vel fastidiose, vel negligenter accipere, magnis periculis infirmorum membrorum Christi pastoralem diligentiam (quesumus) adhibere digneris. Nona quippe heresis, & nimium pernitiosa tentat affligerem inimicorum gratiae Christi, qui nobis dominicanam orationem impensis disputationibus concurant auferre. Cum enim Dominus docuerit: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimitimus debitoribus nostris: isti dicunt, posse hominem in hac vita, praecipuis dei cognitis, ad tantam perfectionem iustitiae, sine adiutorio gratiae Salvatoris, per solum libere voluntatis arbitrium peruenire, ut etiam non sit necessarium dicere: Dimitte nobis aditanostra. Illud uero, quod sequitur: Ne nos inferas in tentacionem, non ita intelligendum, tanquam diuinum adiutorium poscere debeamus, ne in peccatum tentati decidamus, sed hoc in nostra positum esse potestote, & ad hoc implementum solam sufficiere hominis voluntatem, tanquam frustra apostolus dixerit: Non uolentis, neque currantis, sed miserentis est dei. Et: Fidelis deus, qui uos non permittit tentari super id, quod potellis, sed facit cum tentatione etiam exitum, ut possitis sustinere. Frustra etiam dominus dixerit apostolo Petro: Rogavi pro te, ne deficit fides tua. Et omnibus suis: Vigilate & orate, ne intratis in tentacionem, si hoc totum est potestatis humanae. Pueros quoque parvulos (senilis imbuuntur Christiana gratia [acramenta]) habituros uitam eternam, nequaquam Christiana presumptione contendant, evanescant, quod dicit Apostolus: Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors: & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Etsi alio loco: Sicut in Adam omnes morientur, sic & in Christo omnes uiuiscabuntur. Et ergo alia omittamus, que contra scripturas sanctas plerimque dixerunt, huc interim duo (quibus omnino totum, quod Christiani sumus) conantur euertere, que fidelia corda suscipient? Non esse rogandum deum, ut contra peccati malum, atque ad operandam iustitiam sit noster adiutor. Et non opitulari parvulus, ad consequendam uitam eternam, Christiana gratia sacramentum. Hac insinuantes apostolico peccatori two, non habenus opus multa dicere, et tantam impietatem uerbis exagerare, cum proculdubio te iste permoueant, ut ab eis corrigendis, ne latius serpant, multoque contaminent, vel potius intermant (dum sub nomine Christi a gratia Christi penitus alienum) omnino dissimulare non possis. Huius autem permittoissimi erroris auctores esse peribentur Pelagius & Celestius, quos quidem in ecclesia sanari maluimus, quia desperata salute, ab ecclesia resarciri, si necessitas illa compellat. Quorum unus, id est, Celestius etiam ad presbyterium in Asia peruenisse dicitur. De quo, ante paucos annos, quid gestum fuerit, sanitas tua de Carthaginenis ecclesia melius instruitur. Pelagius uero (sicut a quibusdam fratribus nostris misericordia loquuntur episcopoli) Hierosolymis confutatus, nonnullos fallere afferunt. Veruntamen multo plures, qui eius sensus diligenter indagare potuerint, aduersus eum pro Christi gratia, & catholice fidei ueritate configunt: sed precipue sanctus filius tuus, frater, & copresbiter noster Hieronymus. Sed arbitraniur (adiuuante misericordia domini dei nostri Iesu Christi, que te & regere consulentem, & orantem exaudire dignatur) auctoritati sanctitatis tue, de claro scripturarum lumine deponit, facilius eos (qui tam peruersa, & tam pernitosia sentiunt) esse cessuros: Ut de correctione potius eorum gratilemur, quam contristremur interius, Domine Beatisime. Quamlibet autem ipsi eligant certe vel alios plurimos, quos possunt, si ab eis dissimuletur, suis laqueis implicare, certius Venerabilitas tua, in flante, & celeriter prouidendum. Hec ad Sanctitatem tuam de concilio Numidie scripta direximus, imitantes Carthaginenensem ecclasiam, & Carthaginenis provincie Coepiscopos nostros, quos ad Sedem Apostolicam (quam beatus illistris) de hac causa scriptissime comperimus. Et alia manu. Memor nostri in domini gratia augearis, Domine beatissime, meritoque uenerabilis, & in Christo honorande, Sanctissime Papa.

EX CONCILIO GELASII PAPAE,

Romæ cum lxx. episcopis celebrato: de quo Dist. xv.
cap. Sancta Romana Ecclesia.

Item Ruffinus vir religiosus plurimos ecclesiastici operis edidit libros: nonnullas etiam scripturas interpretatus est. Sed quoniam Beatus Hieronymus in aliquibus eum de arbitrio libertate notauit: illa sentimus, que Beatus Hieronymum leviter cognoscimus: & non solum de Ruffino: sed etiam de uniuersis, quos vir sapientius memoratus, zelo dei, & fidei religione reprehendit.

Item Origenis nonnulla opuscula, que vir Beatus Hieronymus non repudiat, legenda suscipimus. Reliqua autem omnia cum auctore suo dicimus esse renuenda.

Sed quoniam Beatus Hieronymus in aliquibus eum de arbitrio libertate notauit: illa sentimus, que Beatus Hieronymum leviter cognoscimus: & non solum de Ruffino: sed etiam de uniuersis, quos vir sapientius memoratus, zelo dei, & fidei religione reprehendit.